

Propter non potest contra ius naturale. quod nullus potest esse iuris dispensator. nisi illius sit ordinator. Ius autem naturale ordinatum est a deo non a ipso. Sed de iure naturali est subici filium spiritualem patri spirituali sicut filium carnalem patri carnali ut dicit apostolus ad hebraeos. xij. unde sicut ipse non potest subtrahere filios iudeorum ut inuitis parentibus faciat baptisari ita non potest subtrahere filios spirituales ab ipsis sacerdotibus. **P**rocedo ecclesiastice ierarchie imitatur ordinem celestis ierarchie quem ipse tollere non potest. Sed sicut ipse subiciuntur archiepiscopi sic episcopi archiepiscopis et sacerdotes episcopi. Sed archiepiscopi non possunt se intermittere de his que spectant ad episcopos ut dicitur. p. i. q. iij. ergo nec ipse de episcopis nec episcopi de sacerdotibus. **I**n preteritum est quod episcopus potest in quilibet parrochia ordinare presbiteros sacerdotes aliquos idoneos viros in confessionibus audiendis et penitentibus iniungendis. ut dicitur episcopus de officio. c. inter cetera. ergo multo fortius hoc potest facere ipse in tota ecclesia. **R**ed dicendum quod distinguendum est primo de proprio. Nam quando quod proprium accipitur ut diuiditur contra alienum. Quando quod vero accipitur ut diuiditur contra commune. **P**rimo modo ut proprium diuiditur contra alienum accipitur. **I**oh. x. ubi dicitur quod oues proprium pastorem sequuntur alienum autem fugiunt quod non nouerunt vocem alienorum. **S**ecundo modo ut proprium diuiditur contra commune accipitur. **I**oh. x. ubi dicitur quod proprium est quod uenit vni soli et quod indicat quod est esse vera et primum predicat de re. **P**rimo modo ergo accipiendo proprium ut diuiditur contra alienum statu illa de creatura omnis verius quod sexus. papa non potest facere quod aliquis non profiteatur semel in anno proprio sacerdoti sine eius licentia. **U**bi ubi dicitur. **S**i quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua propria confiteri licentiam prius postulet et obtineat a proprio sacerdote cum alienum non possit soluere vel ligare. **S**ed secundo modo statu illa de re. in suo vigore potest. quod sicut episcopus est sacerdos communis in tota diocesi et si quis profiteatur sibi profiteatur proprio sacerdoti ut proprium diuiditur contra alienum non contra commune. sic ipse in toto orbe est sacerdos communis et cum quis confiteatur papae vel alteri de suo mandato confiteatur proprio sacerdoti. cum nec curatus sit proprio sacerdos nisi de mandato suo. **N**ullus enim sacerdos nec secularis nec religiosus habet aliquam iurisdictionem super aliquos nisi de iure potestas papae quod potestas iurisdictionis non fuit derivata a christo in apostolos nisi mediante petro. **N**ec in episcopos et presbiteros de derivatione nisi mediante ipso. **S**ed autem est de potestate ordinis. **U**bi sicut videlicet est dicere quod petrus non potuit soluere nec ligare subditos cuiuslibet apostoli vel alius de mandato suo. et apostoli subditos illorum. **L**ex. xij. dicitur. **S**ic videlicet est dicere quod ipse non possit vel alij de mandato suo soluere et ligare subditos cuiuslibet episcopi et cuiuslibet presbiteri. et sic absoluti non tenentur proprio episcopo vel proprio sacerdoti confiteri. **A**d 1. q. 9. e. dicitur quod illi qui profiteantur habentibus auctoritatem papae confitentur propriis sacerdotibus. ut proprium diuiditur contra alienum. illa autem decretalis intelligitur quod quis profiteatur